# The Electronic Manipulus florum
# www.manipulusflorum.com

## Superbia u
### cum uariis

Superborum mens semper est ad irrogandas contumelias ualida, ad tollerandas infirma, ad obediendum pigra, ad lascecendos alios importuna, ad ea que facere debet et preualet ignaua, ad ea autem que nec facere debet nec preualet parata. Hec in eo quod sponte non appetit nullis exhortacionibus flectitur; ad hoc autem quod latenter desiderat, querit ut cogatur quia dum metuit ex desiderio suo uilescere, optat uim in sua uoluntate tollerare.

Gregorius libro XXXIIII. moralium.

________

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$):

lascecendos] latecendos C, latescendos M, lacescentes P $V^1$ $V^2$, lacessentes $L^1$ $L^2$; alios] alios *add*. M; hec] hoc M P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$; libro XXXIIII. moralium] ibidem B P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$; moralium *om*. C